



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apodixes, Sive Demonstrationes Tres Horrendarvm Blasphemiarvm Ecclesiae A Calvino Reformatae, Circa tres primos Symboli Catholici Articulos

Bosendorf, Hermann

Monasterii VWestphaliae, 1608

De Deitate Christi Caluinistici. Thesis Dvodecima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35415

200 APOD. II. CHRISTVM CALVIN.
DE DEITATE CHRISTI
Caluinistici.

THESIS DVODECIMA.

FILIVM EIVS VNICVM. Credo pro filio
priuignum aut reum quempiam expectas; quando-
quidem Pater iam antè degenerauit in Vitricum &
Carnificem. Certè Deus verè non est, qui Patri aqua-
lis non est. At Caluino Pater $\chi\epsilon\tau'$ $\xi\epsilon\omicron\chi\eta\nu$ & per ex-
cellentiam præ filio, contra Gentilem in re-
fut. prothesis 10. & Instit. lib. 1. c. 13. §. 23. in scri-
pturis Deus est. Pater primum; Filius secundum à pa-
tre obtinet imperij & honoris locum. Spiritus S. ter-
tium. Caluin in cap. 22. Matth. v. 44. & in c. 26.
v. 64. Pater prima vitæ causa est & primus gradus;
Filius secunda; Spiritus S. tertia. Caluin. in cap. 6.
Ioan. v. 57. & Marc. 13. Est Patris Vicarius in c. 22.
& 26. Matthæi: Minister, Calu. in cap. 17. Ioan.
& Secretarius intimus. in cap. 1. Ioan. illo minor se-
cundum diuinitatem. Quanquam enim ab anti-
quis, ait in admonit. ad Polon. sententia Chri-
sti: Pater maior me est, restricta fuit ad huma-
nam eius naturam: Ego tamen non dubito ad
totum complexum (humanam scilicet & diuinam
naturam) extendere. Dicere Filium Deum de Deo,
prout sancta Synodus Nicæna, est $\chi\epsilon\tau\alpha\chi\epsilon\tau\eta\sigma\iota\kappa\omega\varsigma$ in
synod. Lausan. & durè, & periculosè, & im-
propriè loqui. Danæus contra Genebrardum.
Quid ita? quia precariam tunc à Patrè haberet Dei-
tatem contra Gentil. perfidiam. Haud aliter: ac
si quia

si quia Pater dedit vitam Filio. Ioan. 5. *itemq;* personam, ideo vitam personamq; mendicatio obtineat filius; & non verius sit, per omnem generationem, naturam, essentiamq; communicari genito.

CAPVT X.

Christum Calvinisticum non esse Dei Filium verumq; Deum.

ETSI planus sit totus discursus in decursu duodecimæ thesibus explicatus, nec magnopere noua defensione indigeat, quod tamē Prædicans omnia è Caluino citata loca interpretari conetur à §. 50. ad 60. vsque disp. 2. de Filio Dei, quā Mediatoris personam sustinet, retexemus pleraq; & ad Filium Dei, quæ Deus est applicabimus. Hæc igitur in thesi posita est ratiocinatio: Prima verus & vnicus Filius Dei æqualis est patri secundum diuinitatem, gloriam, & maiestatem. *Qualis enim Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus. Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totæ tres personæ coeternæ sibi sunt & coæquales, vt ait B. Athanasius.* At vero Christus caluinisequarum non est æqualis Patri secundum diuinitatem, gloriam & maiestatem. Non igitur est verus & vnigenitus Dei Filius, sed priuignus vt ait thesibus. Minor confirmatur multipliciter primo, vbi reperitur vnus præ altero excellentia præstantiaque in diuinitate, ibi nõ est vera

2. Argum.
principale.

Caluini
Christus
nõ est patri
suo secun-
dum diui-
tatem æ-
qualis.

1. Minoris.

N 5

& per-